



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1865**

LXIII. Der Brandenburgische Official an Enegelbert Wusterwitz über einige  
an der Berliner Verschwörung Betheiligte (1412\*).

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

LXIII. Der Brandenburgische Official an Engelbert Wulsterwitz über einige an der Berliner Verschwörung Betheiligte (1412\*).

Officialis Curie Brandenb. Honorabili Viro Domino Engelberto Wulsterwitze sinceram in Domino Caritatem. Clamorosa et valida fama ininuante ad nos pervenit, quod Andreas Strobant, et quidam dictus Kopenick, Opidani in Berlin, illicitas conjurationes, confederaciones et conspiraciones contra Consules et publicam utilitatem Opidi Berlinensis fecerunt, et ab aliis simplicibus juramenta temeraria super re dubia et incerta, videlicet quidquid ipsi facere pretenderent, alii una cum eis facere et implere deberent, in loco sacrato, et tempore Dominice Passionis, quo eisdem, repugnante longissime observata laudabili consuetudine, citra extremam necessitatem, jurare minime licuit, per metum eciam constantem importune extorserunt: unde non uolentes hec sub dissimulatione furda aure pertransire, eisdem ad nostrum Judicium vocari fecimus, facti veritatem plenius investigare ac via Inquisionis contra eosdem procedere intendentes: quique per nos in certum terminum sic vocati per simplicem nuncium, minus legitime et insufficienter comparuerunt coram nobis, infirmitates et discrimina viarum, nulla tamen causa rationabili expressa, allegantes, et capitula objectionum sibi in scriptis tradi petebant; et licet dictos A. et B. minus sufficienter coram nobis in termino eisdem per nos assignato comparentes, de stricto Juris vigore potuissimus reputasse contumaces, ac in eorundem contumaciam ulterius processisse: Nos cum simplicitati ac ruditati eorundem parcere, ac micus agere volentes cum eisdem, ac eorum incommoditati succurrere, ac eosdem relevare a laboribus magnis et expensis, de vestris circumspectione, industria et legalitate plenam fiduciam optinentes, vobis prefencium tenore committimus et mandamus, quatenus vocatis dictis A. et B. purgacionem canonicam, juxta vestrum arbitrium ab eisdem, servatis servandis, ad quam prestandam optulerunt se paratos, vice et auctoritate nostra recipiatis, nomina compurgatorum una cum vestro Processu, nobis remittentes.

Capitula Inquisionum.

Contra A. et B. Opidanos in Berlin et in Coln gravis exorta est infamia, quod colligaciones sive confederaciones privatas, eciam juramenti interposita caucione, contra Consules et utilitatem publicam Opidi Berlinensis, inter se fecerunt, et per alios fieri procurarunt, ex quibus privatis colligacionibus, ymmo verius conspiracionibus et temerariis conjuracionibus insurgunt pericula animarum et scandala.

Item, quod premisis minime contenti, ipsi hujusmodi privatas conspiraciones, conjurationes, sive colligaciones, fecerunt tempore Lamentacionis Dominice, quo tamen juxta laudabilem, longissime observatam Opidi Berlinensis consuetudinem, jurare non licuit, cum potius illo tempore recolenda sit memoria Dominice Passionis, potius quam privatis tractatibus insistendum.

Item, ipsi propriis juramentis eorum minime, tempore sic interdicto, contenti, juramenta temeraria ab aliis simplicibus per metum super re incerta et indeterminata, videlicet quidquid ipsi facere pretenderent, alii cum ipsis facere deberent, extorserunt.

Item quod hujusmodi suos tractatus privatos Proconsulibus et Consulibus, quibus obedire

\*) Die Verschwörung der Bürger in Kirchen und heiligen Orten wider den Rath beider Städte, von welcher in dieser Urkunde die Rede ist, fand im Jahre 1412 statt. Vergl. Fiedicin, Diplomatische Beiträge zc. I, 223. (Litera Wardenberch)

omnes et singuli Opidani Opidi Berlinensis, in suis fecerunt, et ab aliis ut premititur, in Ecclesia que Domus Dei est, ubi cessare debent illicite confabulaciones et tractatus, maxime secularium negociorum, tamquam hujusmodi Juramentorum auctores, illicite receperunt etc.

Aus einer Handschrift der Berliner Bibliothek Thl. I, No. 60 f. 21.

**LXIV. Burggraf Friedrich von Nürnberg bestätigt als oberster Verweser der Mark die Rechte der Städte Berlin und Köln, am 6. Juli 1412.**

Wir Fridrich, von gots gnaden Burggrave zu Nuremberg, Obrister vorweser der Mark zu Brandenburg, Bekennen vnd tun kunt offenbar mit diesem brieffe allen den, die in sehen oder horen lezen, daz wir den Erfamen Burgern zu Berlin vnd zu Collen, vnsern lieben getruwen, die nu sin vnd zukomende werden, bevestet vnd bestetiget haben, bevesten vnd bestetigen in mit diesem brieffe alle ire friheite, alle ire gerechtikeite vnd alle ire gewonheite etc. Mit vrkund diz brifes versigelt mit vnserm anhangenden Insigill. Geben zu Berlyn, nach Crifts geburt vierthzenhundert Jar vnd darnach in dem czwelften Jare, des nehten Mitwochs vor Sant Kilians tage.

Nach dem Orig. im Berliner Stadt-Archiv No. 67.

**LXV. Burggraf Friedrich beschenkt, auf Bitten des Arztes Dietrich, einen vom Markgrafen Jobst in der Petrikirche zu Köln gestifteten Altar mit Einkünften vom Dorfe Kaulsdorf, am 18. October 1412.**

Nos Fridericus, Dei Gracia Burggravius Nurenbergensis et Marchie Brandenb., summus Provisor et Capitaneus generalis, Ad vniversorum perpetuam noticiam deducimus per presentes. Cum salutaria precepta Dominica, quibus status presentis labilis vite, in regulari et sancta legis observantia debite ordinatus perficitur, ne infeliciter in cursu suo fluctuando periclitetur, nos admonent salubriter impullando, ut cum reverencia veneremur devota cunctipotentem omnium Creatorem, quod revera censemus equum et salutare, illum pre certis religiose et Solempniter dignis laudibus honorificandum Dominatorem, qui in coelo et in terra omnibus dominatur, sub premissorum celebri contemplatione, Reditus et census Altaris in Ecclesia Sancti Petri Apostoli, opidi nostri Colonienfis Brandenburgensis Diocesis sub vocabulo et in honore Omnipotentis Dei, Beatissime Virginis Marie, Corporis Christi, nec non in honore aliorum sanctorum, sub certis donationibus appropriationibus et Incorporationibus Illustris Principis felicis recordationis Marchionis Jodoci, olim per